Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

21937

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII IOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS

Opera quæ exſtant, nempe

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBRI XX. Sigiſmundo Gelenio interprete.
DE BELLO IVDAICO LIBRI VII. (interprete, vt vulgò creditum eſt, Rufino Aquileienſi) quibus Appendicis loco acceſſit De vita Ioſephi.
ADVERSVS APIONEM LIBRI II. ex interpretatione Rufini à Gelenio emendata.
DE MACHABÆIS, ſeu de imperio rationis LIBER I. cum paraphraſi Eraſmi Roterodami.

Quæ Græcolatina EDITIO *Græcorum Palatinæ Bibliothecæ manuſcriptorum Codicum collatione caſtigatior facta eſt.*

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

GENEVÆ,
Apud Petrum Aubertum.

M. DC. XXXIV.



ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI FRIDERICO V.
COMITI PALATINO AD RHENVM,
ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS hæredi, Bauariæ Duci, &c.

Domino meo Clementissimo.

FLAVII Iosephi Hellenistarum Iudæorum cùm eruditione, tum eloquentia facilè principis historica monumenta prælo meo excusa, Princeps Illustrissime, ad T.C. humiliter adfero. Sicut enim scriptorum est quæ honesta sunt & seculis profutura literis prodere: ita & in immenso aliorum super alios aceruatorum librorum cumulo typographorum interest laudabiles & bonæ frugis scriptores in lucem mittere rediuiuos, & aduersus Zoilos potentium patronorum tutelæ committere. multiplex verò mihi causa fuit cur ad T.C. noster confugeret Iosephus: námque primùm tota operis πραγματεία de rebus est quæ à Principe cognoscantur dignissimis; ipsa nempe mundani Systematis diuina constitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Mosaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, quæ olim orbem rexerunt, imperio, & aliis, quæ quatuor millium annorum historiam implent autoris & eo nomine apud Principes gratiosi, quòd nõ ex infimis literatorum subselliis ad hæc scribenda prodierit terræ filius; sed ex regio Hasmonæorum sanguine oriundus, & primaria sacerdotum inter Iudæos familia, cùm in adolescentia ad miraculum vsque in literarum studio profecisset, iuuentutem rebus gerendis & bello, quod cum Romanis gessere Iudæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, consilio & manu ęquè promptus, ætate verò prouectiori otium Romæ nactus ea literis mandauit, quæ literarum cognitione & vsu didicerat, vir cæteroquin Imperatoribus Vespasiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptissimus. Verùm accessit & alia causa cur Iosephum coram T.C. sisterem, beneficium quod tuæ

C.debeo,ob manuſcriptorum tuę electoralis Bibliothecæ codicum Ioſephi liberalem vſum, quem annuente primario noſtræ ætatis Philologo Iano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetrauit ſingulari ſua humanitate nobiliſſimus & eruditiſſimus IC^t^ Marquardus Freherus Tuæ C.Conſiliarius. Sed quia in hoc autore excudendo longiùs proceſſeram cùm membranas conſecutus ſum, & multi aſſidua interpellatione vt quam primùm Ioſephum Græcè, publici iuris iterum facerem efflagitabant, quòd editionis Baſilienſis quæ ante LXVII.annos vnica prodiit, nullum exemplar ſupereſſet; hortantibus ceſſi, quorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones eius qui manuſcripta excuſſit ſtudio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T.C. tuorúmque beneficio ſim adiutus C.T. patrocinio Ioſephum hiſtoricum Principe non indignum iure meritóque dedico, demiſsè rogans vt quemadmodum Titus Imperat. autorem libros ſuos ἀεὶ ἀλώνων offerentem benignè admiſit, probauit, & Bibliothecæ ſuæ inſeri iuſſit; ita Ioſephum noſtrum clementi vultu T. C. accipiat; & in ſua perinſigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria ſuppeditauit, vt emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipſe interim Deum Opt. Max. à quo eſt omnis antiſtatus in terris, ſupplex orabo vt det T.C. vitam prolixam, Principatum ſecurum, & quæcunque boni Principis vota ſunt.

Tuæ Celſitudinis ſeruus addictiſſimus

PETRVS ROVERIANVS

Typographus.

DE IO-

Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.



ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII IOSEPHI DE

ANTIQVITATE IVDÆORVM CONTRA

APIONEM ALEXANDRINVM, AD Epaphroditum,

LIBER PRIMVS.

Opera Sigismundi Gelenij restitutus.

ΙΚΑΝΩΣ μὲν ὑπολαμβάνω, καὶ δι' ἃ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, κράτιστε ἀνδρῶν ἐπαφρόδιτε, τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν, περὶ τοῦ γένους ἡμῶν τοῦ Ἰουδαίων, ὅτι καὶ παλαιότατόν τε καὶ τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔχον ἰδίαν, καὶ περὶ τὴν χώραν ἣν νῦν ἔχομεν κατῴκησεν, ἐπὶ πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν, ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν ἱερῶν βύβλων, διὰ τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς συνεγραψάμην. ἐπεὶ δὲ συχνοὺς ὁρῶ τοὺς ὑπὸ δυσμενείας ὑπό τινων εἰρημένας περφέροντας βλασφημίας, καὶ τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμήριόν τε ποιουμένους τὸ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν, τὸ μηδεμιᾶς παρὰ τοῖς ὀπφανέσι τῶν ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων μνήμης ἠξιῶσθαι, περὶ τούτων ἁπάντων ὠήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορημάτων τὴν δυσμένειαν κατηνάγκασεν ἐλέγξαι ψευδολογίαν. τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας ὅσοι τἀληθὲς εἰδέναι βούλονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. χρήσομαι δὲ τῶν γένους ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων μάρτυσι, τοῖς ἀξιοπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν ἑλλήνων κεκριμένοις. τοὺς δὲ βλασφήμως περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας, αὐτοὺς δ' ἑαυτῶν ἐλεγχομένους παρέξω. πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς οὐ πολλοὶ τῶν ἔθνους ἡμῶν ἐν τοῖς ἱστορίαις ἕλληνες ἐμνημονεύκασιν. ἔτι μὴν τοί καὶ τοὺς οὐ φαντάζοντας τὴν περὶ ἡμῶν ἱστορίαν ποιήσω φανερὸς τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ περφασιουμένοις ἀγνοεῖν. πρῶτον οὖν ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων, μόνοις περφέρειν τοῖς ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πιστεύειν τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. πάνυ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ὁρῶ συμβεβηκὸς, εἴγε δεῖ

SVFFICIENTER, vt arbitror, & per libros Antiquitatum, optime virorum Epaphrodite, legentibus eos, aperui de nostro genere Iudæorum, quia & vetustissimum est, & primam originem domesticam habuit. Quinque millium enim annorum numerum historiam continentem, ex nostris sacris libris Græco sermone conscripsi. Quoniam verò multos video, respicientes blasphemiam quorundam insanè prolatam: & ea quæ à me de antiquitate conscripta sunt, non credentes: putantes mendacium nostrum esse genus, eò quòd nulla memoria apud Græcorum nobiles historiographos digni sunt habiti nostri maiores: pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hæc dicta conscribere: & derogantium quidem, vetanum spontaneúmque increpare mendacium, aliorum verò ignorantiam pariter emendare: vniuersósque de nostra antiquitate, qui scilicet veritatem amplectuntur, edocere. Vtar autem in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide digni sunt iudicandi: eos autem qui blasphemè de nobis atque fallaciter conscripsêre aliqua, per semetipsos conuictos indubitanter ostendam. Conabor etiam causas exponere, propter quas non multi in Græcis historiis gentis nostræ fecêre memoriam: necnon & eos, qui de nobis scribere voluerunt nescientibus, aut nescire simulantibus indicabo. Primùs itaque satis admiror eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, Græcis tantummodo fidem habere, & ab eis consulendam esse veritatis integritatem: nobis autem & aliis hominibus non esse credendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet

non varias opiniones inspicere, sed ipsis rebus iustitiam ponderare. Omnia siquidem Græcorum nouia, & heri, (vt ita dicam) superque facta cognoui: hoc est, fabricam, ciuitatum & adinuentiones artium conscriptionesque legum: cuncta ùnque rerum iunior apud eos est historiæ diligentia conscribendæ. Apud Ægyptios autem, atque Chaldæos, & Phœnicas (desino enim nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimam & permanentem habent memoriæ traditionem. Nam & locis omnes inhabitant, quæ nequaquam æris corruptioni subiaceant: & multam prouidentiam habuêre, vt nihil horum quæ apud eos aguntur sine memoria relinqueretur: sed in publicis conscriptionibus semper a viris sapientissimis diceretur. Græcorum verò regionem innumeræ corruptiones inuasêre, rerum memoriam delentes. Qui autem nouas constituentes conuersationes, omnium se primos esse credidêre, sciant quia etiam serò & vix naturam potuêre agnoscere literarum. Nam antiquissimum earum vsum habuisse creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo se didicisse gloriantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demonstrare seruatam conscriptionem, neque in templis, neque in publicis anathematibus: quando etiam de Troianis rebus, vbi tot annis militatum est, postea multa quæstio atque contentio facta est, vtrum literis vsi sint: & magis veritas obtinuit, quòd vsus modernarum literarum illis fuisse incognitus. Constat autem, quòd apud Græcos nulla inuenitur conscriptio poëmate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Et ajunt neque hunc literis suum poëma reliquisse: sed cantibus memoria reseruatum, postea fuisse compositum, & propterea multam in eo comperiri dissonantiam. Qui autem historias apud eos conscribere tentauêre, id est, Cadmus Milesius, & Acusilaus Argiuus, & post hunc quicunque alij fuisse referuntur, paululum tempus Persarum contra Græcos expeditionem præcessêre. Sed & eos qui de cœlestibus ac diuinis primitùs apud Græcos sunt philosophati, id est, Pherecydem Syrium & Pythagoram, & Thaletem, omnes concorditer confitentur Ægyptiorum & Chaldæorum fuisse discipulos: & breuiter conscripsisse, quæ à Græcis, omnium antiquissima iudicantur, ita vt vix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo non est irrationabile, vt tali fastu turgeant Græci, tanquam soli sciant vetera, & veritatem eorum exactè tradant: aut quis non ab ipsis conscriptoribus facillimè dicat, quod neque firmiter scientes aliquid conscripsêre, sed quod vnusquisque opinatus est, hoc studuit explanare. Vnde etiam libris se inuicem arguunt, & valdè contraria de rebus eisdem non piget eos dicere: Sed ego videbor mi potioribus esse superfluus, si explanare voluero, quantis quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogiis discrepat, & in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in pluribus ostendit esse mendacem, Ephorum verò Timæus, Timæum qui post illũ

A μὴ τῶς μυθαίας δόξας ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. τὰ μὲν γὰρ πάντα τοῖς ἕλλησιν ἅπαντα νέα καὶ θθὲς καὶ πρῴην ὡς αὐ εἰπεῖν τις, δύεσι γεγονότα. λέγω δὴ τὰς κτίσεις τῆς πόλεων, καὶ τὰς περὶ τὰς ἐπινοίας τῆς τεχνῶν, καὶ τὰς περὶ τὰς τῆς νόμων ἀναγραφάς. πάντων δὴ νεωτάτη χεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τῆς συγγραφῆς τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. τὰ μὲν γοῦν παρ' αἰγυπτίοις τε, καὶ χαλδαίοις, καὶ φοίνιξιν, ἐὰν γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν, αὐτοὶ δήπεθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτων τε καὶ μονιμωτάτων ἔχειν τὴν μνήμης τῶν πράξεων. καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν, ἃ κατὰ τὰς ἐκ τῶν περιέχοντος φθορὰς ὑποκείμενος. καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν, τὸ μηδὲν ἄμνημον τῆς παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῆς σοφωτάτων ἀεὶ καθιερῶσθαι. τὸν δὲ περὶ τὴν ἑλλάδα τόπον μυρία μὲν φθοραὶ κατέχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῆς γεγενότων. ἀεὶ δὲ καινοὶ καθιστάμενοι βίοις, τὸ παντὸς ἐπιμέλειαν ἀρχὴν ἕκαστοι τὴν ἀφ' ἑαυτῆς. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῆς τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, πρῶτα φοίνικων, καὶ κάδμου σεμνυνόνται μαθεῖν. ἐν μὴν οὐδὲ ἐπ' ἐκείνου τὸ χρόνου δυνατόν τινα αὐ δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφήν, οὔτ' ἐν ἱεροῖς, οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. ὅπου γε περὶ τῶν ὑπὲ ἰλίῳ τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο. καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον, περὶ τὸ τὴν νῦν ἔσαν τῆς γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνοις ἀγνοεῖν. ὅλως δὲ παρὰ τοῖς ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον δείκνυται γράμμα, τῆς ἡμέρας ποιήσεως πρεσβύτερον. δοκεῖ δὲ καὶ τῆς ἰωνικῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος, καὶ φασὶν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτὴν ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐν τῆς ἀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ χεῖν τὰς διαφωνίας. οἱ μὲν τοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὴ τοὺς περὶ κάδμον τε τὸν μιλήσιον, καὶ τὸν ἀργεῖον ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τοῦτον εἰ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς περσῶν ἐπὶ τὴν ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προέλαβον. ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῆς οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον φερεκύδην τὸν σύριον καὶ πυθαγόραν καὶ θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν αἰγυπτίων καὶ χαλδαίων γενομένους μαθητάς, ὀλίγα συγγράψαι. καὶ ταῦτα τοῖς ἕλλησιν εἶναι δοκεῖν πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ τις δύνασθαι ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι. πῶς οὖν οὐ λόγον τετυφῶσθαι τοὺς ἕλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα, καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῆς ἀκριβῶς παραδιδόντας. ἢ τίς οὐ παρ' αὐτῆς συγγραφέων μάθοι ῥᾳδίως, ὅτι μηδὲν βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῆς πραγμάτων εἰκάζοιντο. πλεῖον γοῦν διὰ τῆς βυβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῆς αὐτῆς λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. περιέργος δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμὲ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲ ἑλλανικος ἀκουσιλάου περὶ τῶ γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῖ τὸ ἡσίοδον ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον ἔφορος μὲ

B

C

D

E

F

G

ἑλλανικὸν ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, ἔφορον δὲ τίμαιος, καὶ τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονό-

γεγονότες, ἡεόδοτον ᾗ πάντες, ἀλλ' ὐδὲ περὶ τὼ σι- A
κελῶν τοῖς περὶ ἀντίοχον καὶ φίλιςον ἢ καλλίαν τίμαιος
συμφωνεῖν ἠξίωσεν. ὐδ' αὖ περὶ τῶν ἀττικῶν οἱ τὰς
ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ περὶ τῶν ἀργολικῶν ὁ τὰ
περὶ ἄργος ἱεροεργοῦντες ἀλλήλοις κατακολουθήκασι.
καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς καὶ πόλεως καὶ βραχυτέρων, ὅπου
περὶ τὴν περσικὴν στρατιὰν καὶ τῶν ἐν
αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαφωνήκασιν.
πολλὰ γὰρ καὶ θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπὸ τι- B
νων κατηγορεῖται, καί τοι δοκῶν ἀκριβεστάτω καθ'
αὐτὸν ἱςορίαν συγγράφειν. αἰτία δ' τοσαύτης διαφωνίας, πολλαὶ μὲν ἴσως αἱ ἕτεραί τοῖς βουλο-
μένοις ζητεῖν ἀναφανεῖεν. ἐγὼ δ' δυσὶ ταῖς λεχθη-
σομέναις τὼ μεγίςω ἰσχὺν ἀνατίθημι. καὶ πρε-
σβυτέραν ἐρῶ τὼ κυριωτέραν, εἶναί μοι δοκοῦσαν. τὸ γὰρ
ἐξ ἀρχῆς μὴ πουδαθῆναι, ὡς ἐν τοῖς ἕλλησι δημο-
σίας γραφὰς περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγρα-
φαὶ, τοῦτο μάλιςα δὴ καὶ τὼ πλαίω, καὶ τὼ ἐξου- C
σίαν τοῦ ψεύδεσθαι, τοῖς μὴ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ
τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέχειν. ὐ γὰρ μόνον ὡς ἐν τοῖς
ἄλλοις ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ'
ὐδὲ παρὰ τοῖς ἀθηναίοις οὓς αὐτοχθόνας εἶναι λέγουσι,
καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, ὐδὲν τοιοῦτον διείσκεται γενό-
μενον. ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτά-
τους εἶναι φασι, τοὺς ὑπὸ δρακόντος αὐτοῖς περὶ τῶν
φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς περι- D
σιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. πρὶν μὲν
γὰρ ἀκριβῶς τὶ δεῖ λέγειν αὐχουμένων ἀρχαιότητα;
μόλις γὰρ ἤδη καὶ μετὰ ταῦτα γράμματα ἐπαιδεύ-
θησαν. ἅτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προκαταβεβλη-
μένης ἀναγραφῆς, ἢ τοῖς μαθεῖν βουλομένοις δι-
δάξειν ἔμελλε, καὶ τοῖς ψευδομένοις ἐλέγξειν, ἡ πολ-
λὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγρα-
φεῦσι. δευτέραν δ' πρὸς ταύτῃ, θατέρου ἐκείνου
αἰτίαν. οἱ γὰρ ὅτι τὸ γράφειν ὁρμήσαντες, ὐ πρὸς τὴν E
ἀλήθειαν ἐσπούδασαν· καί τοι τοῦτο προχειρον ὄν
ἀεὶ τὸ ἐπάγγελμα λόγων ᾗ δυνάμιν ἐπιδείκνυ-
το. καθ' ὅν τινα τρόπον ἐν τούτῳ παρδοδοκιμήσειν
τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ἡρμόζοντο. τι-
νὲς μὲν ὅτι τὸ μυθολογεῖν ζεπόμενοι, τινὲς δ' πρὸς
χάριν ἢ τὰς πόλεις ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες.
ἄλλοι δ' ὅτι τὸ κατηγορεῖν τῆς πράξεως ἢ τῶν γεγρα-
φότων ἐχώρησαν, ἐνδοδοκιμήσειν τούτῳ νομίζοντες·
ὅλως δ' τὸ παντῶν ἐναντιώτατον ἱςορίᾳ πρᾶττοντες F
διαπελῶσι. τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ὄςι τεκμήριον ἱςο-
ρίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταυτὰ καὶ λέγοιεν
καὶ γράφοιεν. οἱ δ' εἰ ταῦτα γράψειαν ἑτέρως, ὅπως
ἐνόμιζον αὐτοὶ φανεῖεν παντῶν ἀληθέςατοι. λόγων
μὲν οὖν ἕνεκα καὶ ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ πρὸς χω-
ρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς ἑλληνικοῖς. ὐ μὴν καὶ
τὰ περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱςορίας, καὶ μάλιςά γε G
τὰ περὶ τῶν ἑκάςοις ἐπιχωρίων. ὅτι μὲν οὖν παρ' αἰ-
γυπτίοις τε καὶ βαβυλωνίοις, ἐκ μακροτάτων αἰῶνων
χρόνων, τὼ περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπου
μὲ οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκεχειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας
ἐφιλοσόφουν. χαλδαῖοι δ' παρὰ τοῖς βαβυλωνίοις, καὶ

fuêre, Herodotum verò cunctis; sed neque de Siculis cum Antiocho & Philisto, aut Callia Timæus concordare dignatus est: neque rursus de Atticis hi qui Athidas conscripserunt: aut de Argolicis qui de Argis historiam protulêre, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuibúsque rebus, quando de militia Persica, & his quæ in ea sunt gesta, tantum viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autem etiam Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam sui temporis historiam conscripsisse videatur. Causæ verò huius dissonantiæ multæ forsan & aliæ quærere volentibus apparebunt. Ego verò duabus quas dicturus sum, maximam huius vim diuersitatis ascribo. Et quidem primùm dico eam quæ mihi proprior esse videtur: id est, eo quòd ab initio non fuerit studium apud Græcos: publicas de his quæ semper aguntur proferre conscriptiones. Hoc etenim præcipuè & errorem, & potestatem mentiendi posteris, vetus aliquid volentibus scriptitare, concessit. Non enim solummodò apud alios Græcos publica conscriptio est neglecta: sed neque apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinæque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, quæ à Dracone eis de suppliciis sunt conscriptæ, modicum ante tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquitate gloriantibus, quid oportet dici? vix enim isti & postea literis eruditi sunt. Cùm ergo conscriptio nulla præponeretur, quæ & discere volentes doceret, & mentientes argueret, multa inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad scribendum se præparabant, non studium veritatis exhibuerunt, licèt hæc promissio semper habeatur in promptu: sed verborum magis habere prolationem maximam. Et quemadmodum laudari se in hoc super alios æstimarent, ad hoc potiùs semetipsos aptabant. Aliqui verò ad fabulas sunt conuersi: aliqui autem ad gratiam, aut ciuitates laudantes, aut reges: alij semetipsos ad accusandas causas, aut conscriptores tradidêre. in hoc se fore probabiles æstimantes, & omnino hoc agentes, quod historiæ nimis aduersum est. Veræ siquidem historiæ indicium est, si de eisdem rebus omnes eadem dicant atque conscribant. hi verò cùm quædam aliter conscriberent quam alij, tunc se putabant omnium veraciores ostendi. Quapropter causa quidem verborum & calliditatis eorum, cedere nos Græcis oportet: non autem de antiqua historiæ veritate, & maximè de rebus propriæ vniuscuiusque prouinciæ. Quoniam igitur apud Ægyptios & Babylonios, ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi philosophabantur: Chaldæi verò apud Babylonios: & quia præcipuè Græcis immixti, vsi sunt Phœnices literis, circa dispensationes vitæ, & publicorum operum traditionem, dum consentiant omnes tacendum hoc puto.

ὅτι μάλιςα δὴ τῆς ἑλλησιν διδεικνυμένων ἐχρήσαντο φοίνικες γράμμασιν, εἴς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰ-
κονομίας, καὶ πρὸς τὼ τῆς κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπειδὴ συγχωρεῦσιν ἅπαντες, ἐάσειν μοι δοκεῖ,

De nostris verò progenitoribus, qui eandem quam prædicti habuerunt in conscriptionibus solicitudinem (desino dicere, etiam potiorem) pontificibus & prophetis hoc imperantes: & quia vsque ad nostra tempora cum multa integritate seruatum est, & si oportet audentius dicere, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere. Non enim solummodo ab initio probatissimos viros, & in Dei placatione præparatos, ad hæc exercenda constituerunt: sed quatenus etiam genus sacerdotum sine permixtione purúmque consisteret, prouiderunt. Oportet enim eum qui sacerdotium habiturus est, ex eiusdem gentis nasci muliere: & neque ad pecunias, neque ad honores inspicere, & genus per antiquam lineam & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non solùm in ipsa Iudæa: sed vbicunque nostri generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum hoc est, in Ægypto & Babylonia, & quocunque terrarum orbe quilibet de sacerdotum genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam conscribentes à patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, quicunque huius rei testimonia præbuêre. Si autem bella proueniant, sicut iam crebrò factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regionem, & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & præcipuè nostris gesta temporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum nouas conficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur. Non enim ad capriuas accedunt, alienigenarum consortia formidantes. Indicium verò integritatis hoc maximum est, quia pontifices apud nos à duobus millibus annis denominati filij à patre cõscripti sunt. His autem qui prædicti sunt, si quid præuaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedant, vel alia sanctificatione fungantur. Rectè siquidem, potius autem necessariè, cùm neque conscribendi potestas omnibus data, neque vlla sit in descriptione discordia: sed solummodo prophetis antiquissima quidem & veterrima secundum inspirationem factam à Deo cognoscentibus, alia verò suorum temporum sicuti sunt facta palàm conscribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordantes & sibimet repugnantes: sed solummodo duo & viginti libri, habentes temporis totius conscriptionem: quorum iustè fides admittitur. Horum ergo quinque quidem sunt Moseos, qui natiuitates continent, & humanæ generationis traditionem habent vsque ad eius mortem. hoc tempus de tribus millibus annis paululum minus est. A morte verò Moseos vsque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, prophetæ suorum temporum res gestas conscripserũt in tredecim libris. Reliqui verò quatuor, hymnos in Deum & vitæ humanæ præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe verò vsque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamẽ priori simili fide sunt habita, eo quod nõ fuerit certa successio prophetarum. Palàm nãque est ipsis operibus quemadmodum nos propriis literis

πρὸς ἡμετέρων προγόνων, ὅτι τοῖς αὐτοῖς, ἐξ ὧν λέγειν εἰ καὶ πλείω τῶν εἰρημένων ἐποιήσαντο τοῖς περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφήταις τοῦτο προστάξαντες. καὶ ὡς μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς, χρόνων πεφύλακται μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, εἰ ἢ θαρρεῖν εἰπεῖν. φυλαχθήσεται, πειράσομαι συντόμως διδάσκειν. οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ τούτων τοὺς ἀείσους, καὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ προσεδρεύοντας κατέθησαν, ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν ἱερέων ἄμικτον καὶ καθαρὸν διαμένῃ, προνοήσαν. δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμάς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τοῖς διαδοχοῖς, καὶ πολλοῖς ἐπιδεικνύμενον μάρτυσι. καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐν αὐτῇ Ἰουδαίᾳ, ἀλλ' ὅπου ποτε σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους. λέγω δὴ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴπου τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι. πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὐνόμα, τῶν γεγαμηκότων, καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυρούντες. πόλεμος δὴ εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπηΐου μάγνου, καὶ Κουιντιλίου οὔαρου, μάλιστα δὴ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων, καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται. καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας. οὐ γὰρ ἐπὶ τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγενῆσθαι αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑποροώμενοι. τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας. οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ διχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. τοῖς δὲ, τῶν εἰρημένων ὁπουοῦν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρίστασθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας. εἰκότως οὖν μᾶλλον ἢ ἀναγκαίως, ἅτε μήτε τοῦ ἱστορεῖν αὐτεξουσίου πᾶσιν ὄντος, μήτε τινος ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἐνούσης διαφωνίας, ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ παλαιότατα, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' ἑαυτοὺς ὡς ἐβούλετο σαφῶς συγγραφόντων, οὐ μυριάδες βυβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων. δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βυβλία, τὸ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως πεπιστευμένα. καὶ τούτων πέντε μέν ἐστι μωϋσέως, ἃ τοὺς γενομένους περιέχει, καὶ τὴν ἀπ' ἀνθρωπογονίας παράδοσιν, μέχρι τοῦ αὐτοῦ τελευτῆς. τοῦτο ὁ χρόνος ὑπολείπει χιλίων ὀλίγῳ ἐλάττω. ἀπὸ δὲ τῆς μωϋσέως τελευτῆς, μέχρι τῆς ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ ξέρξην περσῶν βασιλέως ἀρχῆς, οἱ μετὰ μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν, ἐν ἕξι καὶ δέκα βυβλίοις. αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὕμνους εἰς τὸν θεὸν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. ἀπὸ δὲ ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γεγράπται μὲν ἕκαστα πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ ἑαυτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. φανερὸν δὲ ἐστιν ἔργῳ πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπι-

πεπις τεύκαμεν. τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος, ὅτε προσθεῖναί τις ἐδέησεν, ὅτε ἀφελεῖν αὐτῆς, ὅτε μεταθεῖναι τετόλμησεν. πᾶσι καὶ σύμφυτον ἐστὶν ἐξ ἀρχῆς τῆς πρώτης γενέσεως ἰουδαίοις ὀνομάζειν αὐτὰ θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ πρὸς αὐτῆς εἰ δέοι θνήσκειν ἡδέως. ἤδη γὰρ πολλοὶ πολλάκις ἐώρακαν τῆς αἰχμαλώτων, φρίβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπεὶ τὰ μηδὲν ῥῆμα παρέλθοι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. ὅ τις αὖ ὑπομείνειεν ἑλλήνων ἐπὶ αὐτῷ. ἀλλ' ἐδεῖ ἐπὶ τούτῳ, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, ἢ τυχεῖν ὑποστήσεται βλάβης. λόγοις γὰρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι, καὶ τῷ τῶν γραψάντων βούλησιν ἐκτελεσμένοις. καὶ τοῦτο δικαίως καὶ πρὸς τῶν παλαιοτέρων φεύγουσιν, ἐπειδὴ, καὶ τῶν νῦν τινὰς ὁρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν, οἷς μήτ' αὐτοὶ παρεγένοντο, μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδότων ἐφιλοτιμήθησαν. ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νεῶν ἡμῖν πολέμου, τινὲς ἰσοτίας διηγράψαντες ἐξενεωτόχασιν, οὔτ' εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντες, οὔτε πλησίον τούτων πραττομένων παρεγενόμενοι· ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων ὀλίγα συνθέντες, τῷ τῆς ἰσοτίας ὀνόματι λίαν εὐαρέστως ἐπαρρήσιασαν. ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων, ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν ἐποιησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι παρατυχών. ἐπειδὴ γὰρ μὲν τῶν παρ' ἡμῖν γαλιλαίων ὀνομαζομένων, ἕως αἰτέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγενόμην ὑπὸ ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμάλωτος. καί με δεῦρο φυλακῆς εὐσπασιανὸς καὶ τίτος ἔχοντες, ἀεὶ προσεδρεύειν αὐτοῖς ἠνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον δεδεμένον. αὖθις δὲ λυθεὶς συνεπέμφθην ὑπὸ τῶν ἀλεξανδρείας τίτῳ, πρὸς τὴν ἱεροσολύμων πολιορκίαν. ἐν ᾧ χρόνῳ γενομένων τῶν πραττομένων ἐν ἔστι, ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. καὶ γὰρ τὰ καὶ τὸ στρατόπεδον τὸ ῥωμαίων ὁρῶν ἐπιμελῶς ἀνεγραφον, καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς συνίειν. εἶτα σχολῆς ἐν τῇ ῥώμῃ λαβόμενος, πάσης μοι τῶν πραγμάτειας ἐν παρασκευῇ γενομένης, χρησάμενός τισι πρὸς τὴν ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, ἅτινες ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. τοσοῦτον δέμοι περιῆν θάρσος τῶν ἀληθείας, ὥς τε πρώτοις πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους εὐσπασιανὸν καὶ τίτον αἰτήσασα λαβεῖν μάρτυρας. πρώτοις γὰρ δέδωκα τὰ βυβλία. καὶ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μὲ ῥωμαίων τοῖς συμπεπολεμηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων διέπρεψεν, ἀνδράσι καὶ τῶν ἑλληνικῆς σοφίας μετεσχηκόσιν· ὧν ἐστὶν ἰούλιος ἀρχέλαος, ἡρώδης ὁ σεμνότατος, αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς ἀγρίππας. ἔτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν, ὅτι τῆς ἀληθείας πρόσω διεμελῶς, οὐ αὐ ὑποσειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴτε καὶ ἄγνοιαν, ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγενόντων, ἢ παρέλιπον. φαῦλοι δέ τινες ἀνθρωποι διαβάλλειν με τὴν ἱστορίαν ἐπεχειρήσασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκείσθαι νομίζοντες, κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς. δεῖν ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον, αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγενόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον. ὅπερ ἐγὼ μάλιστα

credimus: tanto namque seculo iam præterito neque adiicere quicquam aliquis, nec aufferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudæis, hæc diuina dogmata nominare, & in his vtique permanere: & propterea, si oporteat, mori libenter. Iam itaque multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt, & mortes varias in theatris sustinuêre, ne vllum verbum contra leges admiteret, aut conscriptiones auitas violarêt. Quis Græcorum aliquid tale perpessus est? quando neque fortuitam sustinere læsionem voluntaricèt omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putant secundùm conscribentiũ voluntates exposita. Et hoc iustè etiam de antiquis sapiunt, quoniam aliquos nunc quoque vident præsumentes de his rebus conscribere, quibus neque ipsi interfuêre, neque credere scientibus acquiescunt. Denique de bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias conscribentes ediderunt: cum neque ad ea loca venerint, neque in proximo rerum gestarum fuerint: sed ex auditu quædam pauca componentes, impudenter semetipsos videntur historiæ nomine iactitare. Ego verò & de omni bello, & quæ ibi particulariter gesta sunt, veram descriptionem feci: cùm ipse rebus omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galilęorum eram, donec fuit defendendi facultas. Cõtigit autem vt caperer à Romanis: & habentes me Vespasianus & Titus in custodia, vniuersa semper inspicere faciebant, primò quidem vinctum: postea verò solutus cum Tito ab Alexandria propter obsessionem Hierosolymorum directus sum. Eo tempore nihil est gestum, quod meam potuisset latere notitiam. Nam videns Romanorum exercitum, vniuersa cum diligentia describebam. Et ea quæ nũciabantur ab his qui semetipsos tradebant, ego solus integriùs intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus vacationis habens, omni iam negotio præparato vsus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Græcam rerum eruditionem exhibui. Tantáque mihi securitas affuit veritatis, vt primos omnium Imperatores belli Vespasianum & Titum testes non expauescerem. Primum namque illis obtuli libros: & post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuêre, plurimis verò nostrorum etiam eos vendedi, qui Græca eruditione videbantur imbuti. quorum est Iulius Archelaus, Herodes honestissimus, & ipse admirabilis rex Agrippa. Isti siquidem vniuersi testimonium perhibuêre, quòd veritatem diligenter excolui: non dissimulaturi si quid gestorum per ignorantiam, aut per gratiam commutassem, aut prætermisissem. Quidam verò praui homines derogare meæ historiæ sunt conati, tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, & accusationis insperatæ atque detractionis facientes opus: cùm oporteat illud sciri, quod conuenit promittentem aliis rerum veracium traditionem, ipsum prius hæc nosse certissimè, aut rebus gestis adhærendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego præcipuè

circa vtrumque me credo fecisse opus. Antiquitatis namque libros (sicuti dixi) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cùm essem genere sacerdos, & participarem illarum sapientiam litterarum. Historiam verò belli conscripsi, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum verò inspector existens & omnino eorum quæ dicta vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui aduersum me nituntur de veritate contendere? Qui licèt imperatorum commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuêre. De his rebus itaque necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficientes, sicuti reor, declaraui, quòd conscriptio rerum apud Barbaros potius solemnior, quam apud Græcos est. Volo autem paululum priùs disputare aduersus eos, qui contendunt, nouellam esse nostram conuersationem, eo quòd nihil de nobis, vt aiunt illi, dictum sit à conscriptoribus Græcis. Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibebo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neque regionem maritimam habitamus, neque mercimoniis gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostræ ciuitates procul à mari sitæ sunt: regionemque vberrimam possidentes, in ea assiduè laboramus, præcipuè circa filiorum nutrimenta studentes, legúmque custodiam: & traditionem pietatis, totius opus vitæ necessarium iudicamus. Cùm accedat igitur his quæ prædicta sunt, etiam viuendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret nobis commercium Græcorum: sicut Ægyptiis mercimonia, quæ ab eis exportantur: & ad eos rursus importantur: itémque habitatoribus Phœniciæ maritimæ, studentibus circa contractus, atque negocia amore pecuniæ requisita. Sed neque circa latrocinia, sicut quidam alij vacauêre, aut amplius hæc concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licèt regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negociationem ad Græcorum prouinciam nauigantes, repente sunt agniti, & per illos Ægyptij, & omnes à quibus ad Græcos onera deuehebant, immensa maria proscindentes. Medi verò postea atque Persæ palàm in Asia regnauerunt, & vsque ad alteram continentem Persæ militauerunt: Traces autem propterea vicinitatem, & Scythæ ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt: & omnino vniuersi iuxta mare vel Orientale, vel hesperium habitantes, aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui verò superius habitabant, & procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigisse, quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestatem, tantáque bella conficiente: neque Herodotus, neque Thucydides, nec vllus qui fuit cum istis, fecit aliquam mentionem: sed serò tandem & vix ad Græcos

A περὶ ἀμφοτέρας νομί, ὁ πεποιηκέναι τὰς πραγματείας. τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν ὡσπερεὶ φύλλα, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμηνεύσας, γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους, καὶ μετὰ χειρὸς τὴν φιλοσοφίας τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι τῶν ὁ πόλεμον τὴν ἱστορίαν ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτουργὸς πραξέων, πλείστων δὲ αὐτόπτης γενόμενος· ὅλως ὁ τῶν λεχθέντων ἢ πραχθέντων οὐδὲν ἀγνοήσας. πῶς οὖν οὐκ ἂν θαρσεῖς τις ἡγήσαιτο, τοὺς ἀντα-
B γωνιζεσθαί μοι περὶ τῆς ἀληθείας ὑπολαμβάνοντας. οἱ κἂν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν εὐτυχεῖν λέγωσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον. περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιησάμην τὴν παρέκβασιν, δηλοῦν βουλόμενος τὸν ἐπαγγελλομένων τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν δυνάμιν. ἱκανῶς δὲ φανερὸν ὡς οἶμαι πεποιηκώς, ὡς ὅτι πάτριος ἐστὶν ἡ περὶ τὸν παλαιῶν ἀναγραφὴ τοῖς βαρβάροις μᾶλλον ἢ τοῖς ἕλλησιν.
C βούλομαι δὴ μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς δηλιχθεσιῶτας νέαν ἡμῖν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐκ τοῦ μηδὲν περὶ ἡμῶν ὡς φασὶν ἐκεῖνοι λελέχθαι παρὰ τοῖς ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν. εἶτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τοὺς βεβλασφημηκότας ἡμῶν τὸ γένος, ἀποδείξω λίαν ἐν τοῖς λόγοις βλασφημοῦντας. ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον, οὔτ' ἐμπορίαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων διαμιξίαις. ἀλλ' εἰσὶν μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης οἰκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι,
D ταύτῃ ἐκπονοῦμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοπαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν καὶ τούτοις παραδεδομένην εὐσέβειαν, ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς τοῦ βίου πεποιημένοι. προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴν περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἰδιότητος, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς ἕλληνας ἡμῖν διαμιξίαν, ὥσπερ αἰγύπτιοις μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα, καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς φοινίκης κατοικοῦσιν, ἡ περὶ τὰς κατηλείας καὶ τὰς ἐμπορείας σπουδή, διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς λῃστείας ὥσπερ ἄλλοι τινές, ἢ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν, πολεμοῦντες ἐτράπησαν ἡμῶν οἱ πατέρες, καί τοι πολλὰς τῆς χώρας ἐχούσης μυριάδας ἀνδρῶν ἐν ἑτοίμῳ. διὰ τοῦτο φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορίαν τοῖς ἕλλησιν ἐπειπλέοντες οὐδὲν ἐγνώσθησαν· E δι' ἐκείνων αἰγύπτιοι, καὶ πάντες, ἀφ' ὧν τὸν φόρτον εἰς τοὺς ἕλληνας διεκόμιζον, μεγάλα πελάγη διαιρόντες. μηδοὶ δὲ μὴν ταῦτα καὶ πέρσαι φανεροὶ κατέσησαν, τῆς ἀσίας ἐπαρξάντες. οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἠπείρου πέρσαι στρατεύσαντες. θρᾶκες δὲ διὰ γειτονίαν, καὶ τὸ σκυθικὸν ὑπὸ τῶν εἰς τὸν πόντον ἐγνώσθη πλεόντων. ὅλως γὰρ ἅπαντες οἱ παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἑσπέριον κατοικοῦντες, τοῖς συγγράφειν τι βουλομένοις γνωριμώτεροι κατέσησαν. οἱ δὲ ταύτης ἄνω τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ὀλιγιστὸν ἠγνοήθησαν. καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν ἀνώτερον συμβεβηκός, ὅπου γε τῆς ῥωμαίων πόλεως, τοσαύτην ἐκ μακρῶ δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοσαύτας πρᾶξις καταρθούσης πολεμικάς, οὔθ' ὁ ἡρόδοτος, οὔθ' ὁ θουκυδίδης, οὔτε τῶν ἅμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἷς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ' ὀψέποτε καὶ μόλις αὐτῶν εἰς τοὺς ἕλληνας

ἡ γνῶσις

ἡ γνῶσις διεξῆλθεν. περὶ μὲν δὴ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων ἅτινες ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἔστιν Ἔφορος, ὡς τε πόλιν οἴεται μίαν οἰκεῖν τοὺς Ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἑωαρείας γῆς κατοικοῦντας. καὶ τὰ μήτε γιγνόμενα παρ' αὐτοῖς ἔθη μήτε λεγόμενα γράφειν, ὡς ἐκείνων αὐτοῖς χρωμένων ἐτόλμησαν. ἄτοπον δὲ τοῦ μὲν μὴ γινώσκειν τἀληθὲς, τὸ λίαν ἀνεπιμελὲς. τοῦ δὲ γράφειν ψευδῆ, τὸ βούλεσθαι δοκεῖν τι πλέον τῶν ἄλλων ἱστορεῖν. πῶς οὖν ἔτι θαυμάζειν προσῆκεν, εἰ μηδὲ τὸ ἡμέτερον ἔθνος πολλοῖς ἐγιγνώσκετο, μηδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγεγραμμένοις μνήμης ἀφορμὴν παρέχειν, ἔτι μὲν ἀπῳκισμένον τῆς θαλάσσης, ἔτι δὲ βιοτεύειν περιῃρημένον. φέρε δίνιν ἡμᾶς ἀξιοῦν τεκμηρίῳ χρήσασθαι περὶ τῶν ἑλλήνων, ὅτι μὴ παλαιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ γένος, τῷ μηδὲν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι. ἆρ' οὐχὶ πάντας ἂν καταγέλων, αὐτὰς οἶμαι τὰς ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰρημένας κομίζοντες αἰτίας, καὶ μάρτυρας ἐπὶ τοῖς πλησιοχώροις παρείχοντο τῆς αὐτῶν ἀρχαιότητος. κἀγὼ δίνιν πειράσομαι τοῦτο ποιεῖν. αἰγυπτίοις δὲ καὶ φοίνιξι μάλιστα δὴ χρήσομαι μάρτυσιν, ἃ ἄν τινος ὡς ψευδῆ τὴν μαρτυρίαν διαβάλλειν δυνηθέντος. φαίνονται δὲ καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διακείμενοι, κοινῇ μὲν ἅπαντες αἰγύπτιοι, φοινίκων δὲ τύριοι. περὶ μὲν τοι χαλδαίων οὐκέτι δυνάμην ἂν ταὐτὸ τοῦτο λέγειν, εἰ περὶ καὶ τοῦ γένους ἡμῖν ἀρχηγοὶ καθεστήκασι, καὶ διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναγραφαῖς ἰουδαίων μεμνημένοι εἰσίν. ὅταν δὲ τὰς περὶ τούτων πίστεις παρέχω, τότε καὶ τῶν ἑλλήνων συγγραφέων ἐπιφανῶς τοὺς μνήμην ἰουδαίων πεποιηκότας, ἵνα μηδὲ ταύτην ἔτι τὴν πρόφασιν οἱ βασκαίνοντες ἔχωσι πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίας. ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' αἰγυπτίοις γεγραμμένων, αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε παραπίστεσθαι κἀκείνων. μανεθὼν δὴ ὁ τὸν ἥλιον αἰπὴρ αἰγύπτιος, τῆς ἑλληνικῆς μετειληφὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι, γέγραφε δὲ ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἐκ τε τῶν ἱερέων ὡς φησιν αὐτὸς μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. αὐτὸς δὲ δίνιν ὁ μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει. παραθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἐκείνον παρεγγυῶν μάρτυρα. ἐβασίλευε βασιλεὺς ἡμῖν, τίμαιος ὄνομα. ὅτι τούτου ἐπὶ οἶδ' ὅπως ὁ θεὸς αὐτέπταισε· καὶ παραδόξως ἐπὶ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρσήσαντες ὅτι τὴν χώραν ἀνεστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχεὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον. καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι, τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις ὠμῶς ἐνέπρησαν, καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν. πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθεστατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες. πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν σάλατις. καὶ οὗτος ἐν τῇ μέμφιδι κατῴκει, τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν, καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἠσφαλίσατο μέρη, προορώμενος ἀσυρίων ποτὲ μεῖζον ἰσχύοντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν καὶ αὐτῆς βασιλείας ἔφοδον. οὐρὰν δὲ ἐν νομῷ τῷ σαΐτῃ πόλιν ἐπιφανεστάτην, κειμένην πρὸς ἀνατολὴν

A potuit eorum venire notitia. De Gallis enim & Hispanis sic ignorauêre hi, qui putantur diligentissimi conscriptores, quorum est Ephorus, vt vnam ciuitatem esse arbitrarentur Iberos, qui tantam partem Occidentalis terræ noscuntur inhabitare. Et mores eorum, qui neque sunt apud eos, neque dicuntur, referunt. Causa verò ignorantiæ veritatis est, quòd procul abessent: vt autem falsa conscriberent, quòd vellent videri aliquid ampliùs quàm alij retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si

B neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam dedit occasionem, & ita dissita procul à mari, & talibus institutis viuens? Pone igitur nos argumento vti velle Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quòd nihil in nostris voluminibus de eis sit dictum: nonne omnino deridebunt causas huiusmodi à me prolatas, & testes vicinæ regionis adducent antiquitatis suæ? Igitur & ego hoc conabor efficere. Ægyptiis e-

C nim & Phœnicibus præcipuè testibus vtar, cum nullus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimonium. Et videntur maximè erga nos iniqui in communi quidem omnes Ægyptij, Phœnicum verò Tyrij. De Chaldæis autem nequaquam hoc dicere potero, quoniam & generis nostri principes constituti sunt & propter cognationem in conscriptionibus suis meminêre Iudæorum. Cùm verò fidem de his præbuero, & blasphemias fal-

D sas ostendero, tunc etiam Græcorũ conscriptores memorabo, qui Iudæorum fecêre mentionem: vt neq; huiusmodi occasio relinquatur in Iudæis nobis faciendæ contentionis. Inchoabo autem plurimum à literis Ægyptiorum, quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. Manethon itaque genere vir Ægyptius, Græca disciplina eruditus, sicuti palàm est (scripsit enim sermone Græco) paternæ religionis historiam ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit Herodotum,

E Ægyptiacis ignoratione mentitum. Is Manethon in secundo Aegyptiacorum hæc de nobis scripsit. Ponam verò etiam verba eius, tanquam illum ipsum adducens testem. Fuit nobis rex, Timans nomine. sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: & præter spem ex partibus Orientalibus homines, genere ignobiles, adepta fiducia in prouincia castra metati sunt. Et facilè ac sine bello eam potentérq; ceperũt: & prin-

F cipes eius alligantes, de cætero ciuitates crudeliter incendêre: & deorum templa euertêre. Erga omnes verò prouinciales inimicissimè se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum verò & filios & coniuges in seruitutem redigentes: nouissimè verò & vnum ex se fecêre regem, cui nomen Saltis. Hic enim Memphidem veniens, superiore, inferiorèque prouincia

G tributaria facta, præsidia relinquens opportunis locis, maximè partes muniuit Orientales, prospiciens quòd Assyrij aliquanto potentiores, erant desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens autem in præfectura Saite ciuitatem opportunissimam, positam ad Orientem

Bubastis fluminis, quæ appellabatur à quadam antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, & muris maximis communiuit, collocans ibi multitudinem armatorum, vsque ad ducenta quadraginta millia virorum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam vt frumenta meteret, & mercedes exolueret, quàm vt armatos ad terrorem extraneorum diligenter exercitaret. Qui cùm regnasset decemnouem annis, vita priuatus est. Post hùc autem regnauit alter quatuor & quadraginta annis, Bæon nomine. Post quem alius Apachnas, sex & triginta annis, & mensibus septem. Deinde Apochis, vnum & sexaginta & Ianias quinquaginta & mense vno. Post omnes autem Assis nouem & quadraginta, & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuêre primi reges, debellantes semper, & maximè Aegypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum Hycsos, hoc est, reges pastores. Hyc enim secũdùm sacram linguam, regem significat: Sos verò pastorem siue pastores, secundùm communem dialectum: & ita compositum inuenitur Hycsos, quidam verò dicunt eos Arabas esse. In aliis autem exemplaribus non reges significari comperi per appellationem Hyc, sed è diuerso captiuos declarari pastores. Hyc enim Aegyptiaca lingua, & hac quando denso sono profertur, captiuos apertè significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historiæ antiquæ conueniens. Hos ergo quos prædiximus reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuêre, obtinuisse Aegyptum ait annis vndecim & quingentis. Post hæc autem regum Thebaidis & Aegypti reliquæ factam dicit super pastores inuasionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub rege verò cui nomen erat Alisfragmuthosis, victos dicit pastores, & aliam quidem vniuersam Aegyptum perdidisse: inclutos autem in locum habentem mensuram iugerum decem millium, cui loco nomen est Auaris. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundedisse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & prædam suam. Filium verò Alisfragmuthoseos Themosin conatum eos vi expugnare, cum quadringentis octoginta millibus armatorum eorum muros obsedisse. Cum verò obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, vt Aegyptum relinquentes, quò vellent innoxij omnes abirent. Illos verò his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta millia numero, ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse: & metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra quæ nunc Iudæa vocitatur, ciuitatem ædificasse, quæ tot millibus hominum sufficere posset, eámque Hierosolymam vocitasse. In alio verò quodam libro Aegyptiacorũ Manethon hanc ipsam gentẽ, id est, qui vocitabantur pastores, in sacris suorum libris captiuos ascriptos rectissimè dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat: & pascualem habentes vitam, vocabantur

omnibus Ptolemæis, & quæ à senatu constituta sunt, nec non & maximis Romanis imperatoribus. Si verò Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Iudæorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudæis in Alexandria commorantibus, palàm est. nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quàm ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam verò eis fidem olim à regibus datam conseruare, id est, fluminis custodiam, totiúsque custodiæ, nequaquam his rebus indigenos esse iudicantes. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdem deos, quos Alexandrini non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiam, cùm vos sitis Ægyptij, inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione contenditis? aut certè propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neque communiter homines, quoniam bestias aduersantes naturæ colitis, multa diligentia nutrientes? cùm genus vtique nostrorum vnum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam aduenerunt, si legibus à principio constitutis, circa talia permansêre? Is autem seditonis causa nobis apponit: qui si cum vetitate ob hoc accusat Iudæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quòd noscamur habere concordiam? Porrò etiam seditionis autores, quilibet inueniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim Græci fuêre & Macedones hanc ciuitatem habentes, nullam seditionem aduersus non gessêre, sed antiquis cessêre solennitatibus. Cùm verò multitudo Ægyptiorum creuisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum verò genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ huius fuêre principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam: sed cunctis scilicet vtentibus malis moribus Ægyptiorum, & antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. nam cùm plurimi eorum non opportunè ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos vocant eos, qui hoc priuilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur ius ciuitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxêre, Romani verò semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cùm potiùs debuerit admirari magnanimitatem modestiámque Romanorum, quoniam subiectos non cogunt patria iura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaque & aliis quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique & patrum & vxorum filiorúmque figuras depingentes exultant, quidam verò etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alij verò & seruos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porrò autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus vtilem despiciens, & quoniam totius animati, multò magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & popul. Roman. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: & non solùm quotidianis diebus ex impensa communi omnium Iudæorum talia celebramus: verùm cùm nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persoluimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit aduersus Apionem pro his, quæ de Alexandria dicta sunt. Admiror autem etiam eos, qui ei huiusmodi fomitem præbuêre, id est, Posidonium & Apollinium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus: mentientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impiè agere: cùm sit valdè turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multò magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, asini caput collocasse Iudæos, & id colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. At hoc igitur primùm quidem respondeo, quoniam Ægyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cùm non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus namque semper vtimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cùm varij casus nostram ciuitatem, sicut etiam aliorum vexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenêre: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia verò Antiochus neque iustam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit, multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Iudæorum, & spoliasse templum auro argentóque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potiùs habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli: neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptij crocodilis & aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes. Et si ad

areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valdè plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certè ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram verò fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire, quàm sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti verò magis studuêre defendere sacrilegum regem, quàm iusta & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium eius tegere, quo circa gentem nostram est vsus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta verò aliorum factus est Apion, & dixit Antiochum in templo inuenisse lectum & hominem in eo iacentem, & appositam ei mensulam maritimis terrenisque volatilium dapibus plenam, & quòd obstupuisset his homo. Illum verò mox adorasse regis ingressum, tanquam maximam sibi opem præbituri: ac procidentem ad eius genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & iubente rege vt consideret, & diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu & lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret prouinciam parandi victus causa, correptum se subitò ad alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, & inclusum illic, & à nullo conspici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primùm quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse lætitiam: deinde suspiciouem, postea stuporem: postremùm consulentem à ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Iudæorum, pro qua nutriebatur; & hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eúmque annuo tempore saginare, & deductum ad quandam syluam, occidere quidem eum hominem, eiúsque corpus sacrificare secundùm suas solennitates, & gustare ex eius visceribus, & iusiurandum facere in immolatione Græci, vt inimicitias contra Græcos haberent: & tunc in quandam foueam reliqua hominis percuntis abiicere. Deinde refert eum dixisse, pauços iam dies debitos sibimet superesse, atque rogasse, vt reueritus Græcorum deos, & superans in suo sanguine insidias Iudæorum, de malis eum circunstantibus deliberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantùm omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsêre. Non enim præsumpsit aliquid tale, vt ad templum accederet: sed sic inuenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, & nihilominus sine Deo, quicquid iussit mendacij superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valdè facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maximè aduersus Ægyptios & plurimos alios. Cuius enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? vt aduersus solos Græcos renouata coniuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, vt ad has hostias omnes Iudæi colligerentur, & tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inuentum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, & Græcorum amator eximius, assumere verò contra Iudæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui vidêre constructionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundum legem habuêre custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodò menstruatæ transire prohibebantur. In secundam verò porticum cuncti Iudæi ingrediebantur, eorúmque coniuges cùm essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam, masculi Iudæorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum verò soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta verò est circa omnia prouidentia pietatis, vt secundùm quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Manè etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: & meridie rursus, dum clauderetur templum, denique ne vas quidem aliquod portari licèt in templum, sed erant in eo solummodò posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus vlla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationémque gestorum. Licèt enim sint tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singulæ habeant hominum plùs quàm quinque millia, fit tamen obseruatio particulariter per dies certos: & his transactis, aliis succedentes ad sacrificia veniunt: & congregati in templum mediante die à præcedentibus claues templi, & ad numerum omnia vasa percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur. Quid ergo Apionem dicimus, nisi nihil horum examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, pabulum ineffabile, & ciborum opulentissimam claritatem: & peruios ingredientes, vbi nec nobilissimos Iudæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentauêre. Rursúmque tanquam piissimus deridet, adiiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellum Iudæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua ciuitate

Idumæorum,

Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat venisse ad Iudæos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promisisse traditurum se eis Apollinem Dorum Dorensium: venturumque illum in nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinem Iudæorum. Zabidum verò fecisse quoddam machinamentum ligneum, & circumposuisse sibi, & in eo tres ordines nixisse lucernarum, & ita ambulasse, vt procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens.

ἡ πορείαν ποιουμένων. Οἱ μὲν ἰουδαῖοι ὑπὸ τοῦ παραδόξου θέας καταπεπληγμένοι, πόρρω μ̄ ὄντας ἡσυχίαν ἄγειν. ὁ δὲ Ζάβιδον ὅτι πολλῆς ἡσυχίας εἰς τὸν ναὸν παρελθεῖν, καὶ τὸν χρυσοῦν ὄνον τοῦ ἀκανθώνος κεφαλὴν, ὅτου δὲ ἀσείζομενος γέγραφεν, καὶ πάλιν εἰς δώραν κατὰ τεῖχος ἀπελθεῖν. ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς ἂν ἔποιμεν, ὅτι τὸν ἀκανθῶνα τοῦτόν ἐαυτὸν ἀπίων ὑποφορτίζει, καὶ ποιεῖ τὰ μωρολογίας ἅμα καὶ τῆς φλυαρίας κατάγομον. καὶ δὲ τόποις ἃ ὄντα γράφει, καὶ πόλεις ἃ εἰδὼς μεταθήσιν. ἡ μὲν δὲ ἰδουμαία τὰ ἡμετέρας χώρας ὅρων ἔθνος, καὶ γάζαν κειμένην, καὶ δώρα ταύτης ὄνομα πόλις. τῆς μέντοι φοινίκης παρὰ τὸ καρμήλιον ὄρος δώρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν ὑποκοινωνοῦσα τοῖς ἀπίωνος φλυαρήμασι. τεσσάρων δὲ ἡμερῶν ὁδὸν τῆς ἰδουμαίας ἀφέστηκεν. τί δ' ἡμῖν ἐπιτωθάζει τὸ μὴ κοινοὺς ἔχειν τοῖς ἄλλοις θεοὺς, εἰ ῥᾳδίως οὕτως ἐπείσθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἥξειν τὸν ἀπόλλωνα πρὸς αὐτοὺς, καὶ μετὰ τῶν ἄστρων ὑπὸ τὰ γῆς φανήσεσθαι ὁρᾶν αὐτὸν περιπατοῦντα; λύχνον γὰρ οὐδέπω δῆλον ὅτι πρόσθεν ἑωράκασιν, οἱ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας λυχνοκαΐας ὑπιτελοῦντες. ἀλλ' οὐδὲ τῆς αὐτῶν βασιλίζουσι κατὰ τὴν χώραν τῶν τοσούτων μυριάδων ὑπιλείπεσθαι. ἔρημα δὲ καὶ τὰ τείχη φυλάκων δίχα πολέμου σωμεστικότος. ἐῶ τὰ λοιπὰ. τοῦ ναοῦ δὲ αἱ θύραι τὸ μὲν ὕψος ἦσαν ἑπτὰ πηχῶν, εἴκοσι δὲ τὸ πλάτος. κατάχρυσοι δὲ πᾶσαι καὶ μικρᾷ δεῖν σφυρήλατοι. ταύτας ἔκλειον ἃ ἐλάττους ὄντες ἄνδρες διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ καταλιπεῖν λυσιγμέναις λῦ ἀθέμιτον. ῥᾳδίως οὖν αὐτὰς ὁ λυχνοφόρος ἐκεῖνος λυέωξεν ἂν ἀνοίξειν οἰόμενος, καὶ τὴν τοῦ ἀκανθώνος ὡς ᾤετο κεφαλὴν ἔχων. πότερον οὖν αὐτὴν πάλιν ὡς ἡμᾶς ἀνέστρεψεν, ἢ λαβὼν ἀπίων αὐτὴν εἰσεκόμισεν, ἵν' ἀνθίοχος δόρῃ πρὸς δευτέραν ἀπίωνι μυθολογίαν. καταψεύδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῖν, ὡς ὀμνύοντων τὸν θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, μηδενὶ δυνήσεσθαι ἀλλοφύλῳ, μάλισα δὲ ἕλλησιν. ἔδει δὲ καταψευδόμενον ἅπαξ εἰπεῖν, μηδενὶ δυνήσεσθαι ἀλλοφύλῳ, μάλισα δ' αἰγυπτίοις. ὅτου γὰρ ἐκ τῆς ἀρχῆς αὐτὰ πλάσμασιν ἥρμοττεν τὰ πρὸς τὸν ὅρκον, εἴπερ ἦσαν ὑπὸ αἰγυπτίων τῆς συγγενῶν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐχὶ δι' ἀπονοίαν, ἀλλ' ὅτι συμφορᾶς ἐξελαμβάνοι. τῆς ἑλλήνων δὲ πλέον. τοῖς τόποις ἢ τοῖς ὑπιτηδεύμασιν ἀφεστήκαμεν, ὡς τὰ μηδεμίαν ἡμῖν εἰς πρὸς αὐτοὺς ἔχθραν μηδὲ ζηλοτυπίαν. θαυμαστὸν μὲν τοι πολλοὶ παρ' αὐτῶν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν· καὶ τινὲς μὲν ἔμειναν· εἰσὶ δ' οἱ τὴν καρτερίαν οὐχ ὑπομείναντες, πάλιν ἀπέστησαν. καὶ τοῦτον οὐδὲ τὸν ὅρκον εἶπεν ἀκοῦσαι παρ' ἡμῖν ὠμοσμένον, ἀλλὰ μόνος ἀπίων ὡς ἔοικεν ἤκουσεν. αὐτὸς γὰρ ὁ συνθεὶς αὐτὸν λῦ. σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς συνέσεως, καὶ ὅτι τῶν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν ἀπίωνα. τεκμήριον γὰρ εἶναι φησὶ τοῦ μήτε νόμοις ἡμᾶς χρῆσθαι δικαίοις, μήτε τὸν θεὸν δυσσεβεῖν ὡς προσῆκεν, τὸ μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἐθνεσι

A Porrò Iudæos inopinabili visione obstupuisse, & longè constitutos tenuisse silentium. Zabidum verò multa quiete ad templum venisse, & aureum detraxisse asini caput (sic enim vrbanè conscribit) & rursus Doram velocitèr aduenisse. Igitur & nos dicere possumus, quia asinum, hoc est semetipsum Apion grauat, & facit stulticia simul & mendaciis oneratum. Loca namque quæ non sunt, conscribit, & ciuitates nesciēs transfert. Idumæa enim prouinciæ nostræ confinis est, posita iuxta Gazam, & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phœnice verò iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocutionibus. Quatuor enim dierum itinere procul est à Iudæa. Cur itaque nos rursus accusat, eo quòd non habeamus communes cum aliis deos, si sic facilè credidêre patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum stellis eum ambulare super terram putauêre? Lucernam enim priùs nunquam vidêre scilicet, qui tot & tanta concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tantis millibus obuiauit. Desolatos etiam vicos custodibus comperit, & hoc tempore belli. Cætera iam relinquo. Ianuæ verò templi altitudine quidem erant cubitorum LX. latitudine verò XX. omnes deauratæ, & pene auro puro confectæ. Has claudebant non minus quàm viri ducenti diebus singulis, & relinquere eas apertas, nefandum nimis erat. facilè igitur eas lucernifer ille aperuisse creditur, qui solus etiam habuisse asini caput æstimabatur: quapropter dubium est, vtrum hoc caput Zabidus denuò reuocauit: an certè sumens Apion, introduxit in templum, vt Antiochus inueniret, vt secundo Apioni aliquam mentiendi daret occasionem. Mentitur autem & de iuramento, quod iuremus per Deū factorem cæli & terræ & maris, nulli Iudæos fauturos alienigenæ, & maximè Græcis. Oportebat autem mentientem absolutè dicere, nulli fauturos alienigenæ, & magis Ægyptiis: sic etenim ab initio poterant eius figmenta de iureiurando congruere, si ab Ægyptiis vtique patres nostri nō propter malignitatem suam, sed propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autem plus locis quàm studiis sumus abiūcti, ita vt nullæ inter nos & illos inimicitiæ & æmulationes esse noscāntur. Ex diuerso namq; multos eorum ad nostras leges contigit accessisse, quorum quidam permansêre, quidam verò perdurare non ferentes, denuò recessêre. Hoc tamē iusiurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum, sed solus Apion (vt videtur) audiuit. Ipse namque id composuit. Magna ergo admiratione eximia Apionis prudentia, vel ob hoc quod mox dicetur, digna est. Hoc enim esse affirmat indicium, quia neque legibus iustis vtamur, nec Deum colamus vt conuenit, quod diuersis gentibus

seruiamus, & calamitates quasdam circa ciuitatem sustineamus, cùm vtique principalis ciuitas Romanorum sit, cuius ciues soli ab initio regnare atque non seruire consueuerunt. Quis etenim horum magnanimitati valeat obsistere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Apion locutus est, quando paucis contigit in principatu continuè præsidere, & non rursus aliis facta mutatione seruire. Plurimæ namque gentes aliis obedire coactæ sunt: soli autem Ægyptij, eo quòd refugiãt (sicut aiunt) in eorum prouinciam dij, atque saluentur migrantes in effigies bestiarum, honorem præcipuum inuenerunt, vt nulli famularentur horum, qui Asiam Europámque tenuêre, qui scilicet vnam diem ex æuo totius seculi non habuêre libertatem, neque apud indigenas dominos, neque apud externos. Nam quemadmodum eis vsi sint Persæ non semel solummodo, sed frequenter vastantes vrbes, templa euertentes, putatos apud eos interficientes deos, improperare non studeo. Non enim conuenit stulticiam nos indocti Apionis imitari: qui neque casus Atheniensium, neque Lacedæmoniorum animo suo concepit, quorum hos quidem fortissimos, illos religiosissimos, omnes affirmant. Taceo reges pietate celebres, inter quos Cræsum, quàm diuersis vitæ sunt calamitatibus lauciati. Taceo incensam Atheniensium arcem, templum Ephesinum & Delphicum, alíaque multa: hic nemo calamitatem passis, sed potiùs inferentibus intulit improperia. Nouus autem accusator nostrorum Apion inuentus est, malorum suorum apud Ægyptum gestorum prorsus oblitus. Sed Sesostris eum, quem refert fabula regem fuisse Ægypti, vt creditur, excæcauit. Verùmtamen possumus & nos dicere nostros reges Dauid & Solomonem, qui multas subdidêre gentes. Sed de his modò supersedendum est: quæ verò cunctis nota sunt, Apiõ modis omnibus ignorauit: quoniã Persis, & post illos principib. Asiæ Macedonibus, Ægyptij quidem seruiêre, nihil differentes à famulis. Nos autem liberi consistentes, etiam ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatum, annis viginti & centum, vsque ad Pompeium Magnum. Et dum vniuersi reges sunt expugnati à Romanis, omnium soli propter fidem suam maiores nostri & socij & amici fuêre. Sed viros mirabiles non præbuimus, velut quarundam artium inuentores, & sapientia præcellentes: & inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde quod potiùs est mirandum, semet ipsum his adiecit & beatificat Alexandriam, quia ciuem talem habere meruit, quod eità facit. Oportebat enim vt ipse sui testis existeret, qui aliis omnibus sic importunus & callidus esse videbatur, & vita verbóque corruptus. Quapropter rectè quilibet Alexandriæ cõdolebit, si super isto aliquid magni sapuerit. De viris autem qui fuêre apud nos titulo nullo laudis inferiores, sciũt qui voluerunt nostræ antiquitatis libris incumbere. Reliqua verò quæ in accusatione conscripta sunt, dignum erat fortè sine satisfactione relinquere, vt ipse sui potiùs & aliorum Ægyptiorum accusator extaret. Queritur enim eo quòd animalia consecrata sacrificemus, & non vescamur carnibus suillis:

καὶ ἄλλοτε ἄλλοις, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφοραῖς ποτε τὴν πόλιν. αὐτῆς δὲ μόνον πόλεως ἡγεμονικωτάτης οὐκ ἦν ἀνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ ῥωμαίοις δουλεύειν συμπεσόντων. καί τοι τούτων αἴ τις ἀπόροιτο τοιαύτης μεγαλοψυχίας. τῆς μὲν γὰρ ἄλλων ἐστὶν ὅς τις ἀνθρώπων οὐχ ἱκανῶς καθ' αὑτὸν φαίη τοῦτον ὑπ' ἀπίωνος λελέχθαι τὸν λόγον. ὀλίγοις μὲν γὰρ ὑπῆρξεν ἐφ' ἡγεμονίας διὰ καρτερίας χρόνου, καὶ τούτοις αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἄλλοις δουλεύειν ὑπέζευξαν. τὸ πλεῖστον δὲ φῦλον ἄλλων ὑπακήκοεν πολλάκις, αἰγύπτιοι δὲ ἄρα μόνοι διὰ τὸ καταφυγεῖν ὡς φασὶν εἰς τινὰ χώραν αὐτῆς τοὺς θεοὺς, καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας εὗρον τὸ μηδενὶ δουλεύειν τῆς τῆς ἀσίας, ἢ τῆς εὐρώπης κρατησαντων. οἱ μίαν ἡμέραν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας εὐτυχόντες φάνον), ἀλλ' οὐδὲ ὑφ' ἑαυτῶν οἰκοδεσποτοῦν. ὃν τινα μὴν καὶ αὐτοῖς ἐχρήσαντο πέρσαι τρόπον, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις πορθοῦντες τὰς πόλεις, ἱερὰ κατασκάπτοντες, τοὺς παρ' αὐτῆς νομιζομένους θεοὺς καταφάζοντες, οὐκ ἀν ὀνειδίσαιμι. μιμεῖσθαι γὰρ οὐ προσῆκεν καὶ ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν, ὃς οὔτε τὰς ἀθηναίων τύχας, οὔτε τὰς λακεδαιμονίων διενόησεν, ὧν τοὺς μὲν ἀνδρειοτάτους, τοὺς δὲ εὐσεβεστάτους τῆς ἑλλάδος ἅπαντες λέγουσιν. ἐῶ βασιλείας τοὺς ἐπὶ εὐσεβείᾳ δεδοξασμένους, ὧν ἕνα κροῖσον, οἵαις ἐχρήσαντο συμφοραῖς βίου. ἐῶ τὴν καταφρονηθεῖσαν ἀθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν ἐφέσῳ ναὸν, τὸν ἐν δελφοῖς, ἄλλους μυρίους, καὶ οὐδεὶς ὠνείδισε ταῦτα τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δρασασι. καμὸς δὲ κατήγορος ἡμῖν ἀπίων εὑρέθη, τῶν ἰδίων αὐτῷ προὐργὸν τῶν αἰγύπτου κακῶν ἐπιλαθόμενος. ἀλλὰ σέσωστρις αὐτὸν ὁ μυθολόγημα αἰγύπτου βασιλεὺς ἐτύφλωσεν. ἡμεῖς δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἂν εἴποιμεν βασιλέας, δαυίδ τε καὶ σολομῶνα, πολλὰ πειρωσαμένους ἔθνη. τούτοις μὲν οὖν παραλείπωμεν. τὰ δὲ γνώριμα πᾶσιν ἀπίων ἠγνόηκεν. ὅπ περσῶν καὶ μετ' ἐκείνων ἡγουμένων τῆς ἀσίας μακεδόνων, αἰγύπτιοι μὲν ἐδούλευον οὐδ' ἐπιδέων οὐδὲν διαφέροντες. ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐλεύθεροι, πρὸς τῇ πείρᾳ πόλεων ἤρχομεν, ἔτη πρὸς τοῖς εἴκοσι που καὶ ἑκατὸν, μέχρι μάγνου πομπηΐου. καὶ πάντων ἐκπολεμηθέντων πρὸς ῥωμαίων τῆς πανταχοῦ βασιλέων, μόνοι διὰ πίστιν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφυλάχθησαν. ἀλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεχήκαμεν, οἷον τεχνῶν τινῶν εὑρετὰς, ἢ σοφίᾳ διαφέροντας. ὁ κλεάνθεμεῖ σωκράτει καὶ ζηνῶνα καὶ κλεάνθεν καὶ τοιούτους τινάς. εἶτα τὸ θαυμασιώτατον τῆς εἰρημένων αὐτὸς ἑαυτὸν προσίθησι. καὶ μακαρίζει τινὰ ἀλεξανδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην. ἔδει γὰρ αὐτὸν μάρτυρος ἑαυτοῦ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ὀχλαδῶς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, ὁ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος. ὥστε εἰκότως ἐλείσαι τὴς αὐτοῦ ἀλεξανδρειαν, εἴπερ ὅλῃ τούτῳ μέγα ἐφρόνει. δεῖ δὲ τῆς παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γεγονότων, ὑδενὸς ἥττον ἐπαίνου τυγχάνειν ἀξίων, ἴσασιν οἱ ταῖς ἡμετέραις ἀρχαιολογίαις ἐντυγχάνοντες. τὰ δὲ λοιπὰ τὰ ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμένων, ἄξιον ἴσως ἀναπολόγητα παραλιπεῖν, ἵν' αὐτὸς αὐτοῦ ὁ τῆς ἄλλων αἰγυπτίων ἢ ὁ κατηγορῶν. ἐγκαλεῖ γὰρ ὅτι ζῶα θύομεν, καὶ χοῖρον οὐκ ἐσθίομεν,

καὶ τὴν

καὶ τὴν περὶ αἰδοῖων χλευάζει περιτομήν. τὸ μὲν οὖν περὶ τὴν A
τῶν ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως, κοινόν ἐστι καὶ πρὸς τοὺς
ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας. ἀπίων δὲ τοῖς θύουσιν ἐγκα-
λῶν, αὐτὸν ἐξήλεγξεν ὄντα τὸ γένος αἰγύπτιον. οὐ γὰρ ἂν
ἕλλην ὢν ἢ μακεδὼν ἐχαλέπαινεν. ἔτοι γὰρ οὐχονται
θύειν ἑκατόμβας τοῖς θεοῖς, καὶ χεῦν τοῖς ἱερεῖσι πρὸς
δωρεάν. καὶ οὐ δεῖ τοῦτο συμβέβηκεν ἐρημοῦσθαι τὸν κόσμον
τῶν βοσκημάτων, ὅπερ ἀπίων ἔδεισεν. εἰ μὲν τοῖς αἰ- B
γυπτίων ἤθεσιν ἠκολούθουν ἅπαντες, ἠρήμωτο μὲν ἂν ὁ
κόσμος τῶν ἀνθρώπων. τῶν ἀγριωτάτων δὲ θηρίων ἐπλη-
θύνθη, ἃ θεοὺς ἔτοι νομίζοντες ὑπομελῶς ἐκτρέφουσι.
καὶ μὴν εἴτις αὐτὸν ἤρετο, τῶν πάντων αἰγυπτίων τίνας
εἶναι καὶ σοφωτάτους καὶ θεοσεβεῖς νομίζει, πάντως ἂν ὡ-
μολόγησε τοῖς ἱερεῖς. δύο γὰρ αὐτοὺς φησὶν ὑπὸ τῶν βασι-
λέων ἐξ ἀρχῆς ταῦτα προσετάχθαι, τήν τε τῶν θεῶν
θεραπείαν, καὶ τὴν σοφίας τὴν ἐπιμέλειαν. ἐκεῖνοι τοίνυν
ἅπαντες καὶ προτιμῶνται, καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρω-
μάτων. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων αἰγυπτίων οὐδὲ εἷς συνθύει C
τοῖς θεοῖς. ἆρ' οὖν τυφλὸς ἦν τὴν νῦν ἀπίων ὑπὲρ αἰγυπτίων
ἡμᾶς λοιδορεῖν συνθέμενος, ἐκείνων δὲ κατηγορῶν, οἵτινες
μὴ μόνον χρῶνται τοῖς ὑπὸ τούτου λοιδορουμένοις ἔθε-
σιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλους ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι κα-
θάπερ εἴρηκεν ἡρόδοτος. ὅθεν εἰκότως μοι δοκεῖ τῆς
εἰς τοὺς πατρίους αὐτοῦ νόμους βλασφημίας, δοῦναι
δίκην ἀπίων τὴν πρέπουσαν. περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνά-
γκης, ἐλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης. καὶ μη-
δὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν D
δειναῖς ὀδυνῶν ἀπέθανεν. δεῖ γὰρ τοὺς εὖ φρονοῦντας
τοῖς μὲν οἰκείοις νόμοις περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβῶς ἐμ-
μένειν, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μὴ λοιδορεῖν. ὁ δὲ τούτοις μὲν
ἔφυγε, τῶν ἡμετέρων δὲ κατεψεύσατο. τοῦτο μὲν ἀπίωνι τὴν
βίου τὸ τέλος ἐγένετο, καὶ τοῦτο παρ' ἡμῖν ἐνταῦθα τὸ πέ-
ρας ἔσται τοῦ λόγου. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπολλώνιος ὁ μόλων, καὶ
λυσίμαχος, καί τινες ἄλλοι, τὰ μὲν ὑπὸ ἀγνοίας, τὸ
πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περί τε τοῦ νομοθετήσαν-
τος ἡμῖν μώσεως, καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηται λόγους, E
ἔτε δικαίους ἔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπα-
τεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐ-
δεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους, βούλομαι
συντόμως καὶ περὶ ὅλης ἡμῶν κατασκευῆς τοῦ πολι-
τεύματος, καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος ὡς ἂν οἷόν τε δυνατὸς εἰ-
πεῖν. οἶμαι γὰρ ἔσεσθαι φανερόν, ὅτι καὶ πρὸς εὐσέβειαν,
καὶ πρὸς κοινωνίαν τὴν μετ' ἀλλήλων, καὶ πρὸς τὴν κα- F
θόλου φιλανθρωπίαν, ἔτι δὲ πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν
ἐν τοῖς πόνοις καρτερίαν, καὶ θανάτου περιφρόνησιν ἄρι-
στα κειμένους ἔχομεν τοὺς νόμους. παρακαλῶ δὲ τοὺς
ἐντυγχανόντας τῇ γραφῇ, μὴ μετὰ φθόνου ποιεῖσθαι τὴν
ἀνάγνωσιν. οὐ γὰρ ἐγκώμιον ἡμῖν αὐτῶν προειλόμεθα
συγγράφειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ψευδῆ κατηγορηκότας
ἡμῶν, ταύτην ἀπολογίαν δικαιοτάτην εἶναι νομίζω, τὴν
ἀπὸ τῶν νόμων, καθ' οὓς ζῶντες διατελοῦμεν. ἄλλως G
τε καὶ τὴν κατηγορίαν ὁ ἀπολλώνιος οὐκ ἀθρόαν ὥσπερ
ὁ ἀπίων ἔταξεν, ἀλλὰ σποράδην. καὶ διὰ πάσης τῆς
συγγραφῆς ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μισανθρώπους λοι-
δορεῖ, ποτὲ δὲ αὖ δειλίαν ἡμῖν ὀνειδίζει. καὶ τοὐμ-
παλὶν ἔστιν ὅπου τόλμαν κατηγορεῖ καὶ ἀπονοίαν. λέ-
γει δὲ καὶ ἀφυεστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων. καὶ διὰ τοῦ-
το μηδὲν εἰς τὸν βίον ὄνημα συμβεβλῆσθαι μόνοις.

sed & circuncisionem genitalium vehementer irrideat. De nostrorum quidem animalium peremptione, communio nobis est cum aliis hominibus vniuersis. Apion autem sacrificantes nos redarguens, indicat semetipsum genere esse Ægyptium. Non enim Græcus ii esset aut Macedo, hoc molestè ferret. Isti enim vouent sacrificare hecatombas suis diis, & sacerdotibus vtuntur ad epulas. Quæ cùm ita sint, non propterea contigit mundum animalibus desolari, quod Apion expauit. Qui tamen si solennitates Ægyptiorum sequerentur, mundus desertus quidem esset hominibus, ferocissimis autem bestiis impleretur: quas isti iudicantes deos, diligenter enutriunt. quòd si quis eum consuleret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientes atque deicolas, sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio à regibus esse præcepta, vt deos colant, & sapientiam diligant: quod illi facere præcipuè iudicantur: qui tamen & circumciduntur omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neque vllus alter Ægyptiorum cum eis diis sacrificare dignoscitur. Cæcus igitur fuit Apion quando pro Ægyptiis nostras detractiones componens, illos videtur potiùs accusare, qui non solùm vtuntur solennitatibus, quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circuncidi docent, sicuti dixit Herodotus. Vnde rectè mihi videtur Apion, propter patriæ suæ leges pœnas dedisse blasphemiæ. Etenim necessariò circuncisio, circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapientes in legibus propriis circa pietatem integrè permanere, & aliorum minimè carpere. Iste verò suas quidem leges effugit, de nostris verò mentitus est. Hic itaque terminus vitæ fuit Apionis. Sed & noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam verò & Apollonius Molon, & Lysimachus, & alij quidam, tam per ignorantiam quàm per insaniam de legislatore nostro Mose, & legibus verba protulêre, nec iusta, nec vera: dum illi quidem velut mago atque fallaci derogant, leges autem malitiæ apud nos nullúique virtutis affirmant esse doctrices, volo breuiter & de omni conuersatione nostra, & de particulari (sicuti potero) proferre sermonem. Reor enim fore manifestum, quia & ad pietatem & ad conuictum vniuersalémque humanitatem, insuper ad iustitiam laborúmque tolerantiam, & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos, vt non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos plurimum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continuè, sicut Apion, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquando quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando verò formidinem nobis improperat: & è diuerso, rursus aliquando de audacia gentis nostræ queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris: & propterea nullum inuētum nos solos vitæ vtile reperisse. Hæc autē omnia manifestè redarguūtur

ταῦτα δὲ πάντα διελεχθήσεσθαι νομίζω σαφῶς,

dum vniuersa contrà quàm ab eo sunt dicta, A monstrantur & legibus imperata, & à nobis cum omni integritate gesta. Si verò coactus fuero facere mentionem legum contrariarum apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras solennitatēs tāquam peiores cum aliorum conferunt. Quibus neutrum puto remanere quod dicant: neque quia non eas habeamus leges, quarum ego capita & summas ad redarguendum positurus sum: neque quia non præcipuè in legibus propriis perduramus. Paulò ergo altiùs exorsus, volo primùm dicere, quòd eis qui sine lege & ordine viuunt, hi qui B ordinis & communium legum amatores extiterunt, & primi hoc inchoauerunt, rectè mansuetudine atque virtute præstare dicendi sunt. Denique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre, vt non imitatores aliorum videantur existere, sed ipsi potiùs aliis legitimè viuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se habentibus, virtus legislatoris est C meliora considerare: & his qui vluri sunt legibus, quas posuerit, satisfacere, quia rectæ sunt. Populi verò est, vt in omnibus, quæ constituta sunt, perduret: & neque felicitate procedente, neque calamitatibus aliquid horū immutet. Dico igitur nostrum legislatorem, quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouelli atque recentes, quantum D ad illum comparati esse noscuntur: quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc vsus est nomine. Nomen enim secundùm legem, sed indefinitis sententiis, & regum præceptionibus, populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permansêre, tantùm moribus vtentes, & non scripto, & E multa horum semper secundùm euentum casuum permittentes. Noster verò legislator antiquus existens (hoc etenim vndique manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) & semetipsum præbuit optimum principem populorum consultorémque, & instructionem totius legis vitæ constringens, eis suasit hanc libenter excipere, & firmissimè inclyta scientia custodire. Primùm autem eius magnitudinis opera vi- F deamus. Ille namque progenitorum nostrorum relinquentium Ægyptum, & ad terram propriam remeantium, multa millia sumens. ex plurimis & impossibilibus rebus cautissimè liberauit: nam & inaquosam eos & multum arenosam oportebat transire viam, belláque deuincere: & filios ac vxores, prædámque bello seruare: in quibus dux egregius & consiliarius sapientissimus & tutor veracissimus fuit vniuersorum. Omnem siquidem multitudinem à semetipso pendere fecit, & cùm omnia quæ G vellet persuadere posset, in nullo horum vindicauit sibimet potestatem: sed in quo maximè tempore pntestatem sibimet arrogant & tyrannidem præsules rerum, & populum frequenter plurima iniquitate viuere consuefaciūt, in hac illa potentia cōstitutus, è diuerso magis iudicauit agendum piè, & plurimam exhibere aliis æquitatē, ipse virtutē præcipuam se credens cunctis ostendere, & salutem firmissimam præbere

εἰ τἀναντία τῶν εἰρημένων φανεῖν, ἀλλὰ τῶν τόμων ἡμῖν προσεταγμένα, καὶ παραττόμενα μὴ πάσης ἀκριβείας ὑφ' ἡμῶν. εἰ δ' ἄρα βιασθείην μνησθῆναι τῶν παρ' ἑτέροις ὑπεναντίως νενομισμένων, τούτοις δίκαιοι τὴν αἰτίαν ἔχειν εἰσίν, οἱ τὰ παρ' ἡμῖν ὡς χείρω παραβάλλειν ἀξιοῦντες. οἷς οὐδέτερον ὑπολειφθήσεσθαι νομίζω λέγειν, οὔθ' ὡς οὐχὶ τούτοις ἔχομεν τοὺς νόμους, ὧν ἐγὼ παραθήσομαι τοὺς κεφαλαιωδεστάτους. οὔθ' ὡς οὐχὶ μάλιστα πάντων ἐμμένομεν τοῖς ἑαυτῶν νόμοις. μικρὸν οὖν ἀναλαβὼν τὸν λόγον, τοῦτ' αὖ εἰποιμι πρῶτον. ὅτι τοὺς ἀνόμως καὶ ἀτάκτως βιοῦντας, οἱ τάξεως καὶ νόμων ὑπομνηματαὶ γενόμενοι, καὶ πρῶτοι καταρξάντες, εἰκότως ἂν ἡμερότητι καὶ φύσεως ἀρετῇ διενεγκεῖν μαρτυρηθεῖεν. ἀμέλει πειρῶνται τὰ παρ' ἑαυτοῖς ἕκαστοι πρὸς τὸ ἀρχαιότατον ἀνάγειν, ἵνα μὴ μιμεῖσθαι δόξωσιν ἑτέροις, ἀλλ' αὐτοὶ τοῦ ζῆν νομίμως ἄλλοις ὑφηγήσασθαι. τούτων δὴ τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον ἀρετὴ μὲν ὅστις νομοθέτης, τὰ βέλτιστα συνιδεῖν καὶ πεῖσαι τοὺς χρησομένους περὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν τεθεμένων. πλήθους δὲ, τὸ πᾶσι τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ μήτε δυτυχίαις μήτε συμφοραῖς αὐτῶν μηδὲν μεταβάλλειν. φημὶ δεῖνα τὸν ἡμέτερον νομοθέτην ὅπερ δηποτοῦν μνημονευομένων νομοθετῶν προάγειν ἀρχαιότητι. λυκοῦργοι γὰρ καὶ σόλωνες, καὶ ζάλευκος ὁ τῶν λοκρῶν, καὶ πάντες οἱ θαυμαζόμενοι παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ὡς ἐχθὲς δὴ καὶ πρώην, ὡς πρὸς σπουδῆν παραβαλλόμενοι φαίνονται γεγονότες. ὅπου γε μηδὲ αὐτὸ τοὔνομα πάλαι ἐγιγνώσκετο παρὰ τοῖς ἕλλησι. καὶ μάρτυς ὅμηρος οὐδαμοῦ τῇ ποιήσει αὐτῷ χρησάμενος. οὐδὲ γὰρ νῦν κατὰ τοῦτο, ἀλλὰ γνώμαις ἀορίστοις τὰ πλήθη διῴκειτο, καὶ προστάγμασι τῶν βασιλέων. ἀφ' οὗ καὶ μάχει πολλῇ διέμειναν ἐθεσιν ἀγράφοις χρώμενοι, καὶ πολλὰ τούτων ἀεὶ πρὸς τὸ συμπτωματικὸν μεταπιθέντες. ὁ δὴ ἡμέτερος νομοθέτης ἀρχαιότατος γεγονώς, τοῦτο γὰρ δὴ πρῶτον ὁμολογεῖται καὶ παρὰ τοῖς πάντα καθ' ἡμῶν λέγουσιν, ἑαυτόν τε παρέχειν ἄριστον τοῖς πλήθεσιν ἡγεμόνα καὶ σύμβουλον. πολύ τε κατασκευῶν αὐτοῖς ὅλον τὸν βίον τῷ νόμῳ παραλαβὼν, ἔπεισεν παραδέξασθαι, καὶ βεβαιοτάτην ἴσασι φυλαχθῆναι παρεσκεύασεν. ἰδωμεν δὴ τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸ πρῶτον μεγαλεῖον. σκέψασθε γὰρ τοὺς προγόνους ἡμῶν, ἐπείπερ ἔδοξεν αὐτοῖς τινὰ ἄγυπτον σκεψοῦσιν, ὅτι τινὰ πάτριον γῆν ἐπανιέναι, πολλὰς ταῖς μυριάσας παραλαβὼν, σὺν πολλῶν καὶ ἀμηχάνων διέσωσεν εἰς ἀσφάλειαν. καὶ γὰρ τινὰ ἄνυδρον αὐτοῖς καὶ πολλὴν ψάμμον ἔδει διοδοιπορῆσαι, καὶ νικῆσαι πολεμίους, καὶ τέκνα, καὶ γυναῖκας, καὶ λείαν ὁμοῦ σώζειν μαχομένους. ὧν οἷς ἅπασι καὶ στρατηγὸς ἄριστος ἐγένετο, καὶ σύμβος σωτεστάτατος, καὶ πάντων κηδεμὼν ἀληθέστατος. ἅπαν δὴ τὸ πλῆθος εἰς ἑαυτὸν ἀπαρτῆσαι παρεσκεύασεν, καὶ πρὸς πάντος ἔχων πειθόμενον αὐτοῖς τὸν κελεύοντος, εἰς ὀλιγωρίαν οἰκείαν ἔλαβε τοῦτο πλεονεξίαν. ἀλλ' ὧν μάλιστα τοῦ κράτους δυνάμεις αὐτοῖς περιβάλλονται καὶ τυραννίδας οἱ πρόεδροι τῶν πόλεων, ἐνθάδε δὲ τὰ πλήθη μετὰ πολλῆς ἀνομίας, ὧν τούτῳ τῷ ἐξουσίας ἐκεῖνος καθεστηκὼς, τοὐναντίον ᾠήθη δεῖν δυσβεῖν, καὶ πολλὴν δύνοιαν τοῖς λαοῖς ἐμπαρέχειν, ὅπως αὐτός τε τὰ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείξῃ τοῖς αὐτῷ νομίζων, καὶ σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἡγεμόνα ποιου-

πανταχοῦ βεβαιοτάτην παρέχειν. καλῆς οὖν αὐτῷ
προαιρέσεως καὶ πράξεων μεγάλων δυστυχουμένων,
εἰκότως ἐνομίζετο μὴ ἡγεμόνα τε καὶ σύμβουλον θεῖον ἔ-
χειν. καὶ πείσας πρότερον ἑαυτὸν, ὅτι καὶ τὰ ἐκείνου βού-
λησιν ἅπαντα πράττῃ καὶ διανοεῖται, ταύτῃ φέρετο δεῖν
πρὸς πάντας ἐμποιῆσαι τὴν ὑπόληψιν τοῖς πλήθεσιν. οἱ γὰρ
πιστεύσαντες δυσσεβεῖν θεὸν τοῖς ἑαυτῶν βίοις, οὐδὲν
ἀνέχονται ἐξαμαρτεῖν. τοιοῦτος μὲν δὴ τις αὐτὸς ἡμῖν ὁ νο-
μοθέτης, οὐχ ὡς δὴ ἀπατεών, ἅπερ λοιδορεῖν τινες λέ-
γουσιν ἀδίκως. ἀλλ' οἷον φασὶ τοῖς ἕλλησιν αὐχεῖν τὸν
Μίνω γενόμενον, καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς ἄλλους νομοθέτας.
οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοῖς νόμοις ὑποτίθεν. ὁ δέ γε Μίνως ἔ-
λεγεν ὅτι εἰς τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸ δελφικὸν αὐτὸ μαντεῖον
τὰς τῶν νόμων μαντείας ἀνέφερεν, ἤτοι τἀληθῆ οὕτως
ἔχειν νομίζοντες, ἢ πείσειν ῥᾴον ὑπολαμβάνοντες τὸν
δῆμον. ὁ μάλιστα καταστορθώσας τοὺς νόμους, καὶ τὰς ὁ δη-
μότατα περὶ τὸν θεὸν πίστεως δυστυχῶν, παρέσειν ἐξ
αὐτῶν κατανοεῖν τὸν νόμων αἰτιβάλλοντας. ἤδη γὰρ περὶ
τούτων λεκτέον. ἀκουῶ ἄπειροι μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν
ἐθνῶν καὶ τῶν νόμων φασὶ τοῖς ἅπασιν ἀνθρώποις διά-
φορεσι. οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ τὸ ὀλίγων δυναστείαις,
ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν τῆς
πολιτεύματος. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτων
οὐδενὶ ἀπεῖδεν, ὡς δὲ αὖ τις εἴποι βιαστὴς τὸν λό-
γον, θεοκρατίαν ἀπέφηνε τὸ πολίτευμα, θεῷ μᾶλλον
μόνῳ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεὶς καὶ πείσας, εἰς
ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν, ὡς ἄριστον μὲν ἁπάντων ὄντα
τῶν ἀγαθῶν, κοινῇ τε πᾶσιν ἀνθρώποις παρέχοντα καὶ
ἰδίᾳ. καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὧν ἀπαιτοῦσιν, εἰς
ἐκεῖνον ἀνάγει τὴν ἀπαιτοῦσιν. καὶ οἱ μὲν τὸ δοκεῖν ἐ-
διδάξαι μὴ εἶναι θεὸν μοναρχίαν, μετ' αὐτὸν δὲ θεῶν πό-
λας μυθολογίας ἀνεπλάσαντο, τὸ εἶναι αὐτοὶ δηθέντες
ἀμηχανίᾳ, λαθεῖν τὴν ἐκείνου γνώμην οὐ δυνηθέντες.
ἀλλ' ὅτι τῶν παντομόρφων οὐδὲν, οὐδ' ὅς αὖ τις παρ'
ἑαυτῷ δεικνυσθῇ. ἵνα γοῦν αὐτὸν ἀπέφηνεν ἡμέτε-
ρος νόμος ἀνεπίστατον, ἀόρατον, ἄδυτον, ἄχρονον, ἀπαλ-
λοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα, καὶ
δυνάμει μὲν μόνον ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖος δὲ κατ' οὐσίαν
ἄγνωστον. ταῦτα περὶ θεῶν φρονεῖν οἱ σοφώτατοι δοκοῦσι
παρὰ τοῖς ἕλλησι, μοναρχίαν εἰς ἓν παρὰ δεσμῷ ἀ-
φέντες. εἰ γὰρ θεὸς ὁ θεοῖ εἰδεῖ λέγειν τὴν ἀνάρχου φύ-
σει τὰ καλά τε καὶ ἄριστα, καὶ εἰς ἀληθῆς τρέπουσα τὴν
μεγαλειότητα τοῦ θεοῦ καὶ ὅτι μὴ ἐδιδάχθησαν ἐκείνου
τοῖς ἀρχαῖς παραχόντος, εἰῶ νῦν λέγειν. ὅτι δὲ ὄντα καλὰ καὶ τρέπουσα, τὴν τοῦ θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι, σφό-
δρα μεμαρτυρήκασι. καὶ γὰρ πυθαγόρας καὶ ἀναξαγόρας
καὶ πλάτων, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ὅσοι τῶν σοφῶν φιλόσοφοι,
καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες ὅσοι φαίνονται, περὶ τῆς τοῦ
θεοῦ φύσεως πεφροντικότες. ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς ὀλί-
γον φιλοσοφοῦντες εἰς πλῆθος δόξας προκατειλημ-
μένον, τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος ἐξευρεῖν οὐκ
ἐτόλμησαν. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἅτε δὴ τὰ ἔρ-
γα παρέχων σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐ μόνον τοὺς
καθ' αὐτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου
ἀεὶ γιγνομένοις τὴν περὶ θεοῦ πίστιν ἐνέφυσεν ἀμετακίνητον. ἄριστον δὲ ὅτι καὶ τὸν τρόπον τῆς νομοθε-
σίας πρὸς τὸ χρήσιμον πάντων ἀεὶ πολὺ διήνεγκεν. οὐ γὰρ μέρος τῆς ἀρετῆς ἐποίησε τὴν δυσσέβειαν, ἀλλὰ
ταύτης τὰ μέρη τἄλλα συνεῖδε καὶ κατέστησε, λέγω δὴ τὴν δικαιοσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν σω-
φροσύνην, τὴν τῆς πολιτείας πρὸς ἀλλήλους ἐν ἅπασι συμφωνίαν. ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις καὶ διαβιβαὶ

A sequacibus bona voluntate. Ex maximis actibus in singulis casibus vsus est. Quapropter rectè iudicabat, ducem atque consultorem se Deum habere: & primitus sibimet satisfaciens: quia secundùm illius voluntatem vniuersa gereret atque tractaret, credidit modis omnibus oportere vt etiam apud plebem hæc opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam vitam credunt, delinquere non præsumunt. Hujusmodi quidem noster legislator

B fuit, non magus, non fallax, sicut derogatores iniustè pronunciant: sed quales apud Græcos gloriantur fuisse Minoem & post eum legislatores alios. Namque quidam eorum leges positas à Ioue dicebant: alij verò eas in Apollinem & vaticinium Delphicum referebant, siue pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum iudicantes populo. Qui verò præcipuas leges instituerint, vel qui iustissimè de Dei fide cognouerint, licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere.

C Iam enim de ipsis tempus est disputandi. Igitur infinitæ quidem particulatim gentium atque legum apud cunctos homines differentiæ sunt. Alij siquidem monarchis, alij verò populo potestatem reipublicæ commisêre. Noster verò legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi, diuinam rempublicam declarauit:

D Deo principaliter conuersationem nostram atque potestatem excellenter assignans, & satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium vniuersis hominibus existentem: & quæcunque contingit eos in angustiis supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neque quicquam eorum quæ gessêre, vel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare.

Vnum verò eum esse monstrauit, & ingenitum, immutabilem per tempus, æternum, & omni specie mortali pulchritudine differentem, &

E ipsum nobis notum: qualis autem sit secundùm substantiam, prorsus ignotum. Hæc itaque de Deo sapuerunt prudentissimi Græcorum: qui quidem quod eruditi sint, illo vtique sciendi præbente principia, nunc dicere prætermitto: quod autem hæc optima & congrua Dei naturæ atque magnificentiæ sint, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, &

F Plato, & post illos philosophi Stoici, & penè cuncti, videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam præoccupato veritatem dogmatis proferre timuêre. Noster verò legislator opera præbens consona verbis suis, non solùm his qui cum eo erant satisfecit, sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabiliter inspirauit: & causam legislationis ad vtilitatis modum semper adduxit.

G Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed huius partes alias esse perspexit atque constituit: hoc est fortitudinem, iustitiam, & mutuam, in omnibus ciuium concordiam. Cunctæ namque actiones & studia,

vniuersique sermones, ad diuinam referun- A
tur per omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatum aut indefinitum vterius dereliquit. Duo siquidem sunt totius disciplinæ & moralis institutionis modi, quorum vnus quidem sermone doctor est, alter verò exercitatione morum: quæ cùm ita sint, alij quidem legislatores sentiendo sunt discreti, & alterum horum modum sibi placitum assumentes, alterum reliquerunt. Sicuti Lacedæmonij quidem & Cretenses moribus erudiebantur, non B
verbis: Athenienses verò, & penè omnes alij Græci, quæ quidem oportet agi præcipiebant suis legibus: assuescere verò ad hæc operibus minime valuêre. Noster autem legislator hæc ambo multa diligentia coaptauit. Nam nec exercitationes morum omisit non traditas, neque leges sermone reliquit incomptas. Sed mox à primo inchoans cibo, & vnicuique diæta conueniente, nihil neque minimarum escarum sub potestate voluntatis vtentium dere- C
liquit. Sed & de cibis conuenit abstineri, & qui sumendi sunt, vel quæ diæta communis esse videatur, necnon & de operibus labore simul & requie, terminum atque regulam posuit legem: quatenus veluti sub patre atque domino viuentes, neque volentes quicquam neque per ignorantiam delinquamus. Non enim ignorantibus pœnam potuit, sed optimam & necessariam correctionum monstrauit legem. Quapropter non semel audire, nec secundò vel D
sæpiùs: sed in vnaquaque septimana, alia opera relinquentes, ad legis auditionem congregari præcepit vniuersos, eámque perfectè condiscere, quod scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur. Et in tantum plurimi hominum absunt, vt secundùm proprias leges viuant, vt penè eas ignorent. Et cùm peccauerint, tunc agnoscunt ab aliis, quam legem probantur esse præuaricati. Sed etiam viri maxima cum gloria & principalia gubernantes, E
profitentur ignorationem. Doctos namque sibi faciunt assidere ad dispensationem rerum & peritiam legũ habentes. Nostrorũ verò quemlibet si quis leges interroget, faciliùs quam nomen suum recitat. Vniuersas quidem mox à primo sensu eas discentes, in animo velut inscriptas habemus. Et rariùs quidem quilibet trãsgreditur: impossibile autem est supplicium deuitare peccantem. Hoc itaque primum omnium mirabilem cõsonantiam nobis instituit. nam vnam quidem habere & eandem de Deo sectam, vita verò ac moribus differre nihil ab inuicem, optimam moribus hominum potest celebrare concordiam. apud nos etenim solos, neque de Deo quilibet sermones audiet alterutris aduersarios. sicut multa similia apud alios fieri comprobantur: cùm non solùm à vulgaribus quod visum fuerit vnicuique profertur, sed etiam apud quosdam philosophorum hoc crebrò præsumitur, quando alij quidem totam Dei naturam sermonibus perimere tentauêre. G
alij verò eius prouidentiam ab hominibus abstulêre: neq; in studiis vitæ differentia vlla conspicitur, sed cõmunia quidẽ opera omniũ apud nos existunt: vnus verò de Deo sermo concors est, asserẽs illum cuncta respicere. Sed etiam de ipsius vitæ studiis, & quoniã oportet omnia alia

